



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

nepotem, & deinceps legitima assumptio. Ratio autem
veriusq; istorū hinc sumitur q; ars imitatur naturā & sup-
plet eius defectum, & ideo sicut per generationē natura-
lem aliquis producit filium ita per ius positum quod est
ars æqui & boni potest sibi aliquis assumere aliquem in fi-
lium ad supplendū defectū filii naturalis, & talis assum-
ptio vocatur adoptio, & sicut natura facit de nō filio filiu-
s sic adoptio, propter quod dicitur assumptio extranea per
sona in filium &c, quia qui adoptatur non est talis secun-
dum rem in quaem adoptatus secundum iuris fictionē.
Sicut etiā ex generatione naturali caufatur propinquitas
consanguinitatis sic ex tali iuris fictione caufatur propin-
quitas legalis. Sunt autē duas species adoptionis. Una im-
perfetta per quā non transfert adoptatus in potestatē
adoptantis, & hæc vocatur simplex adoptatio. Alia perfe-
cta per quā transfert adoptatus in potestatē adoptantis,
& hæc vocatur arrogatio, quia si adoptat arrogatur. i.
interrogatur an velit ei que adoptat iustū filium vel filiā
esse, & ille vel illa interrogatur an id fieri patiatur, diffe-
runt autē in quatuor. Primo quia nō potest arrogari nisi
qui est sui iuris, sed adoptatur qui est alieni. Secundō quia
arrogatus vi dictū est transit in potestatē arrogantis, sed
adoptatus nō trahit in potestatē adoptantis. Tertiō, quia
arrogatus habet de necessitate legitimam in bonis arroga-
toris, vnde siue eum emancipet siue nō debet ei quarum
pareē bonorū relinqueret, id est, legitimā suam, adoptatus
vero non habet in bonis adoptantis legitimam, vnde non
teneret ei aliquid relinqueret, si tamen ab intestato mori-
tur adoptatus, succedit ei adoptatus. Quarto, quia arro-
gatio non fit nisi auctoritate principis, sed adoptatio fit
ratione cuiuslibet magistratus competentis, vnde verius,
Arrogo qui sius est & habet meus esse necesse. Parvis ad-
opropiū nec patris definita est. Est haec patris firmans
principis fatus, & sic pater primum.

5 Quantum ad secundum sciendum q; non quilibet
potest arrogare vel adoptare, sed solum ille qui potest ge-
nerare naturaliter, & non qui non potest vel spado vel ca-
status. Et ratio est, quia adoptio est in solituim liberorum
amisorum vel qui habent potuerunt, & ideo qui est tor-
liter impotens generare, arrogare vel adoptare nō potest.
Idem debet esse maior quadraginta annis nisi sit ex alia
causa necessaria, quia vñq; ad tēpū illud debet intendere
generacioni naturali, oportet etiam q; adoptās præcedat
adoptatum plena pubertate ita q; possit ipsum naturaliter
geniisse. Item adoptare non potest qui nō est sui iuris
vt filius familiæ, quia adoptio ordinatur ad suscep-
tione hæreditatis, & ideo illi soli cōpetit adoptare qui haberet
administrationem bonorum suorum, mulier etiam adop-
tare non potest nisi ei hoc à principe cōcedatur in solituim
liberorum amisorum, & sic pater secundum.

7 Quantum ad tertium sciendum est q; triplex est le-
galis cognatio. Prima quasi linea descendente q; con-
trahit inter patrem adoptantē & filium adoptatum &
filium filii, & sic deinceps. Secunda est, quasi collateralis
inter filium adoptatum & filium naturalē. Tertia est per
modum affinitatis q; est inter patrē adoptantē & vxo-
rem filii adoptati vel econuerio inter filium adoptatum
& vxori patris adoptantis. Prima haber prohibitionem
perpetuā de matrimonio cōtrahendo, vt ff. de ritu nupt. I.
quando, similiter, & tertia, vt ff. de ritu nupt. I. adoptitus,
responso primo. Secunda vero habet prohibitionē quan-
diu manet adoptio, vnde mortuo patre vel emancipato
filio possunt adiuvicem contrahere, vt exera de cognati-
one legali, cap. si qua. Ratio autem horum est, quia prima
& tertia prohibito est propter reuerentiam quam debet
habere adoptatus, & vxor eius ad adoptantem & ad vxo-
rem eius, & cum sit perpetua impedit matrimonium. Se-
cunda vero prohibito est propter interpretatiuum filia-
tionem quia prouenit ex adoptione, & ideo ea durante
durat, & ea cessante cefat. Legalis autem cognatio nō so-
lum impedit matrimonium contrahendum, sed dirimit
iam contractum, vt 30. q. 3. ita diligere.

8 AD primum argumentum dicendum q; cognatio
legalis non impedit matrimonium ratione solius benefi-
ci, sed ex statu iuris propter vinculum quod ex fictio-
ne iuris inter tales contrahit.

Sancto Porciano

9 Ad secundū argumentum dicendum quod propter
curam spiritualem nō transfert quis in potestatē patris
spiritualis, sicut per arrogationem quis transfert ei &
per adoptionem ad hoc disponitur, vt sic cohabit adop-
tius cum aliis sicut cū fratribus & sororibus, & ideo ma-
gis impedit matrimonium quām cura spiritualis.

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum secundæ nuptiæ sint lictae.

Tertiō queritur de secundis nuptiis verum sint lictae.
Viderur quod non, quia penitentia nō indiget nisi
quia peccauit, sed bigamus indiget penitentia, vt dicunt
in litera & habetur, scilicet de his qui bigamiam, & cōmit-
atur pena irregularitatis, ergo videret quod secunde
nuptiis per quas bigamia inducitur non sunt lictae.

2 Item Chrysost. dicit super Mat. 5, quod secundum vi-
rum accipere secundum veritatis rationem forniciatio est,
& Ambrosius dicit quod secundum matrimonium non
est bonus, quare &c.

3 IN contrarium est quod dicit Apost. Thes. 5, Volo iu-
niores scilicet viduas nubere, filios procreare, matres fami-
lias esse. Et Abraham moriua Sarra legitur contraxisse se-
cundas nuptias cum Cetura Gen. 15, quare &c.

4 R E S P O N S O. Dicenda sunt duo. Primum est
quod secundum matrimonium est lictus sicut & primum. Secundum est quod secundum matrimonium caret qua-
dam honestatem quam habet primum.

5 Primum pater, quia si secundū matrimonium non
est lictus hoc esset aut quia esset prohibitum aliquo iure
naturali diuino vel humano, aut quia primum praefaret
impedientiam secundo. Sed neutrū istorū potest dici,
ergo &c. Probatō minoris, quod enim matrimonium se-
cundum non sit prohibitum iure naturali pater, quia ma-
trimonium secundū est cōcōrs iure naturali quatenus est
in officium nature & in remedium concupiscentiae, sed his
indiget homo quandoq; post primas nuptias sicut ante,
& ad hoc valer secundum matrimonium sicut primum, quare
&c. Ius etiam diuinum secundas nuptias concedit, vt pa-
ter per Apol. 1. Cor. 7. Nullum etiam ius humani dana-
nat eas quare &c. Primum etiam matrimonium non pres-
tit impedimentum secundo, quia si p̄st̄ hoc esset
quia adhuc duraret in se vel in aliquo suo effectu, sicut ex
baptismo vel confirmatione seu ordine remanet character
transiente sacramento, propter quod nulli licet bis bapti-
zari, confirmandi, vel ordinari, sed primum matrimonium
non manet in se cum soluatur per mortem alterius coni-
ugii, nec in aliquo suo effectu cum non imprimit charac-
terem, ergo nullo modo impedit secundum matrimonium
nisi cum consanguineis coniugis cum quibus per
matrimonium primum tantum est affinitas quae durat iolu-
to matrimonio, & sic patet primum.

6 Quantum ad secundum sciendum est quod p̄ter ho-
nestatem quam habet matrimonii ex eo quod est lictus
& secundum rectam rationē que honestas est communis
primo & secundo matrimonio. Primum matrimonii has
bet duas honestates quas non habet secundum. Una est
perfecta significatio coniunctionis Christi & ecclesie q; est
est vñus ad vñam, que significatio est in primo matrimo-
nio & non in secundo considerando ipsum in ordine ad
primum, quantum in secundo secundum se & præcisè con-
siderato si coniunctio vñus cum vñ. Alia est honestas
benedictionis, quia prima nuptia benedicuntur non au-
tem secundū quod est intelligentum quando sunt secunda
ex parte mulieris, quia tota illa benedicta videtur re-
spicere mulierem que postquam semel benedicta est non
debet super eam amplius benedictio iterari. Sed et sus-
pensus fæcidos qui tales secundas nuptias benedicit, ex-
tra de secundis nuptiis, cap. 1. de hoc tamen in quibusdam
locis hodie parum curatur.

7 AD primum arg. dicendum sicut in litera dicitur q; il-
lud intelligitur de bigamo qui infidulus est prius vxori
desiderio secunda, vel forte de illo qui prima vivente du-
cit secundam, tales enim indigent penitentia non autē ille
qui ducit secundam, extra prædictos casus & absque alia
culpa, talis tamen incurrit irregularitatem non propter
præsumam culpam sed propter defectūm perfectæ significa-
tionis sacramenti concurrente statuto ecclesiæ.

8 AD

Lib. IIII. Distinctio. XLIII.

³ AD secundum dicendum q̄ Chrysostomus loqui tur de illo qui vivente prima secundam ducit, tunc enim est fornicanus & non matrimonium, vel loquitur quantum ad causam quae solet ad secundas nuptias incitare scilicet concupiscentia quae etiam ad fornicationem incitat. Ambrasius vero dicit matrimonium non esse bonum, non quia sterilium, sed quia caret honore sanctificationis & benedictionis quae est in primo matrimonio.

Sententia huius distinctionis. XLIII.

in Generali & speciali.

Postrem de resurrectionis conditione. Superius Magister determinauit de sacramentis, hic intendit determinare de finali gloria ad quam per sacramenta perditur. Primo ergo determinat de pertinentibus ad resurrectionem. Secundo de pertinentibus ad finalem remunerationem. ⁴⁵ distinctio ibi. Prater et sciendum. Prima habet duas partes. Primo determinat de ipsa resurrectione. Secundo de refugientium qualitate. ⁴⁴ distin. ibi. Solent aliqui. Prima est principialis lectionis. Et dividitur in tres. Primo determinat resurrectionis veritatem. Secundum resurrectionis terminum a quo ibi, queri solet. Tertio refugientium modum ibi, cum ex dictis. Prima haber quatuor partes. Primum enim determinat resurrectionis veritatem. Secundum resurrexit. non causam ibi, causa resurrectionis. Tertio resurrectionis tempus ibi, media autem non est. Quarta incidenter determinat dubitationem ibi, queritur. Et haec dividitur in duas. Primo mouet dubitationem. Secundo solvit. Secunda ibi. Sed hac & his similia. Secunda pars principialis in qua determinat resurrectionem terminum a quo, dividitur in duas. Primo declarat intentum. Secunde explanat quandam dubitationem. Prima ibi. Queruntur solet. Secunda ibi. His adiunctionem.

² PROponit ergo Magister omnem resurrectionem esse futuram ad iustum dominum, & q̄ fideles qui in Christo dormierunt resurgent. Prima vero causa resurrectionis est vox tubae ad quam excitabuntur mortui, & ideo tuba comparatur, quia manifeste ab omnibus audietur, propter hoc illa tuba clamor dicitur, vox autem erit Christi, vel unius vel plurium gloriarum, resurrectionis tempus est ignotum, propter quod comparatur media nocti. Dicit tamen Magister q̄ forte tempore noctis fieri, tamen dicitur de die fieri, quia reuelabuntur abscondita cordia. Deinde queritur virtus boni habeant memoriam praecedentium malorum. Et responderet q̄ habeant memoria, ex quo tamen in nullo contristabuntur. Deinde dicit in certum esse virum aliqui sine morte ad resurrectionem pertinuerint, vel aliqui viui inueniantur, & subito moriantur, & sic ad resurrectionem transeant. In fine subdit q̄ omnes resurgent cum membrorum integritate, non tam cum gloria, &c.

QUESTIO PRIMA.

Vtrum possit idem homo resurgere.

Circa distinctionem istam primò queritur utrum possit idem homo resurgere. Et arguitur quod non, quia plures actiones non videntur posse terminari ad eundem terminum, sed generatio hominis & resurrectione si sit possibilis sunt diuersae actiones (vt de se patet) ergo non possunt terminari ad eundem terminum, ergo non est possibile quod homo genitus & homo resurgens sint idem homo secundum numerum.

^{300,70.} ² Item Philosophus dicit, de generatione, quod illa quorum substantia deperit non redeunt eadem secundum numerum, sed substantia hominis deperit in eius corruptione vel morte, alias homo non est vere corruptus seu mortuus, ergo non videtur quod possit idem homo numero redire.

³ Item non ponitur futura resurrectione, nisi propter remuneracionem bonorum & punitionem malorum, sicut videtur apostoli innuere. ¹ Cor. 15. dicens, Si enim tatum in hac vita in Christo sperates sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, sed abesse resurrectione potest esse remuneratio bonorum & punizio malorum, ergo non oportet propter hoc ponere futuram resurrectionem. Assumpta probatur, quia eadem ratio videtur de punitione aliquos sum malorum & omnium, sed quicdam mala punitur

Quæstio I.

³⁹⁴ tantum in anima absq̄ corpore, sicut peccata illorum qui sunt in purgatorio, vbi sunt anima sine corporibus, ergo videtur quod illo modo possint omnia mala sufficienter puniri, & bona similiter remunerari.

⁴ IN contrarium est quod dicitur Job. 1. Scio quod redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et apostolus. ¹ Cor. 15. probat resurrectionem futuram.

R E S P O N S I O. Circa istam questionem procedetur sic, quia primò ostendetur possibilis resurrectio hominum, supposito quod in homine non sit alia forma quam anima rationalis, & q̄ illa sit incorruptibilis. Et secundum declarabitur quod non solum potest esse, imo quod erit.

⁵ Primum patet tripliciter. Primo quia secundum quod habetur. ² meta. Non est alia querenda causa seu ratio quare ex materia & forma fiat unum præter agens quod introducit formam in materia. Ex hoc sic arguitur manib⁹ principiis essentiaib⁹ rei corrupti, scilicet materia & forma eidem secundi numerum, & agere quod potest illa vnius possibile est rem corruptam eandem numero reparari, sed corrupto homine remanent principia essentialia eius eadem que prius, scilicet materia & forma, & Deus qui potest illa vniue, ergo homo corruptus potest idem in numero reparari. Maior patet, quia sicut corruptio compositi est per separationem suarum partium, sive post corruptionem partes remaneant sive non, ita eius reparatio est per hoc quod ab iniucem partibus eius reununtur, quæ si vt prius eadem sint, & compositum erit idem quod prius. Minor patet similiiter, quia corrupto homine remanet materia quæ est ingenerabilis & incorruptibilis, sicut dicitur in fine primi Physico, remanet etiam anima rationalis, quæ supponitur incorruptibilis, & est sola forma substantialis hominis, Deus etiam illa potest vniue, quia potest omne quod non implicat contradictionem, formam autem vniue materie non implicat contradictionem, imo habet magnam aptitudinem, quia forma sit de se nata perficere materiam & materia sit de se nata per se a forma, quare &c.

^{3. di. 32. q. 6.} ⁷ Sed contra rationem istam instatur dupliciter. Primo quia non est eadem res numero, vbi non est idem esse numero, sed homo reparatus & prius existens non habet idem esse numero, ergo non est idem homo numero. Maior de se patet, sed minor probatur, quia sicut generatio est de non esse ad esse, ita corruptio est ab esse ad non esse, sed in generatione non esse tollitur, & esse acquiritur, ergo in corruptione esse tollitur & non esse acquiritur sed esse hominis corrupti non reparatur idem secundum numerum vel saltem præcedens ratio hoc non probat, quia non dicit aliquid idem numero redire, nisi per hoc quod partes eius remanent, quare &c.

⁸ Secundum sic, quia videtur quod si illa ratio esset bona, posset dici quod resurrectione posset fieri sola virtute naturæ, nec requiritur ad eam aliqua actio Dei præter illam quæ Deus conferat res in esse, quia major est inclinatio formæ ad materiam, quam inclinatio corporis naturalis ad locum suum, sed corpus naturale extra locum suum existens, pura graue exsistens sursum ad hoc quod descendat deorum non requirit aliiquid per se mouens, sed solum remouens prohibens (vt appareat ex. 8. Physic.) quia ad naturam grauius conferuatam in esse per se sequitur talis motus, remoto prohibet, ergo similiter ad hoc quod forma separata a materia, vt anima, reuniatur materia, non requiritur aliquod vniuers effectu, & per se quod noua actione vniat ipsam materiam, sed sufficit confervatio naturæ eius ad quam sequitur talis vnius naturaliter removit dispositionibus contrariis a materia, quæ prohibebant vniuersum. Ita autem remouentur in generatione singulorum hominum, ergo videtur quod in generatione singulorum hominum anima quæ erant separata naturaliter materie vniuantur.

⁹ AD primum argumentum istorum dicendum quod non concludit sive esse sit aliud additum supra essentiam, sive unum cum essentia. Si enim sit additum essentia, tunc non competit composite nisi ratione formæ, per materiam enim compositum non habet aliud esse aetiale de quo loquimur, sed tantum posse, ita vt materia primò recipiat

fons